Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



84

Jeremias

domini templu dni templu domi
ni est Quomodo si bene direxeritis
uias uestras et studia uestra
si feceritis iudicium inter uirum et
proximum eius aduenam et pupillum
et uiduam non feceritis calumniam
neque sanguinem innocentem effuderitis
in loco hoc et post deos alienos
non ambulaueritis in malum
uobismetipsis habitabo uobiscum
in loco isto in terra quam dedi pa
tribus uestris a seculo et usque in se
culum Ecce uos confiditis uobis
in sermonibus mendacii qui non
proderunt uobis furari occidere
adulterare iurare mendaciter
libare baalim et ire post deos
alienos quos ignoratis Et ue
nistis et stetistis coram me in domo
hac in qua inuocatum est nomen me
um et diuistis liberati sumus eo quod fe
cerunt omnes abominationes istas
ergo spelunca latronum facta est do
mus ista in qua inuocatum est nomen
meum in oculis uestris Ego ego sum
ego inquit dicit dominus Ite ad locum
meum in silo ubi habitauit nomen
meum a principio et uidete quae fece
rim ei propter malitiam populi mei
israhel Et nunc quia fecistis omnia
opera hec dicit dominus et locutus
sum ad uos mane consurgens et loquens
et non audistis et uocaui uos et
non respondistis faciam domui huic
in qua inuocatum est nomen meum
et in qua uos habetis fiduciam
et loco quem dedi uobis et patribus
uestris sicut feci silo et proiciam
uos a facie mea sicut proieci omnes
fratres uestros uniuersum se
men ephraim Tu ergo noli ora
re pro populo hoc nec assumas
pro eis laudem et oratione et
non obsistas mihi quia non ex
audiam te Nonne uides quid isti
faciunt in ciuitatibus iuda et in pla
teis iherusalem filii colligunt
ligna et patres succendunt ignem et
mulieres conspergunt adipem ut
faciant placentas regine celi et li
bent dis alienis et me ad iracundiam
prouocent Nunquid me ad iracundiam p
uocat dicit dominus Nonne se
metipsos in confusionem uultus sui
Idcirco hec dicit dominus Ecce fu
ror meus et indignatio mea
conflatur super locum istum
super uiros et super iumenta
et super lignum regionis et super
fructus terre et succendet et non
extinguetur Hec dicit dominus
exercituum deus israhel Holocau
stomata uestra addite uictimis
uestris et comedite carnes quia
non sum locutus cum patribus uestris
et non precepi eis in die qua eduxi
eos de terra egipti de uerbo
holocaustomatum et uictimarum sed
hoc uerbum precepi eis dicens Au
dite uocem meam et ero uobis deus
et uos eritis mihi populus et
ambulate in omni uia quam manda
ui uobis ut bene sit uobis Et
non audierunt nec inclinauerunt
aures suas et abierunt in uoluptа
tibus et in pranitate cordis sui
mali factique sunt retrorsum et non
in ante a die qua egressi sunt pa
tres eorum de terra egipti usque
ad diem hanc Et misi ad eos omnes
seruos meos prophetas per
diem consurgens diluculo et mittens
et non audierunt me nec inclinauerunt
aures suas et induraueruntque